



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bvgenhagii Pomerani Annotationes ab ipso iam
emissæ. In Deuteronomium**

Bugenhagen, Johannes

Basileae

VD16 B 9247

Capvt XXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36133

Et quidē, Id est, dominus est tecū, efficies quod
dominus uult & regnabis nullo prohibente &c.

CAPVT XXVII.

Hoc scilicet est quod supra diximus ca. 22.
& in eam angustiam deductus est David ut
melius sibi fore sentiret inter inimicas gen-
tes quā inter suos. Et ad eū fugit qui præ-
ceteris erat Israēli inimicus, nempe ad regem Achis
in Geth palestinorū, ubi accepit ciuitatem Ziceleg à re-
ge ad inhabitandū principis more. Sed cur ad eum fu-
git coram quo antea timens furere se simulauerat? Re-
spondeo, iam ubiq; innotuerat eū principem qui Go-
liath confecerat, à rege Israēl quæri ad mortem, iccir-
co hic nihil insidiarū timebatur, sed tantus uir ut Phi-
listinorū regno commodus suscipiebatur, qui præterea
multa mala in Saulem facturus sperabatur &c.

Quatuor mensium,

Scilicet antequā fiebant quæ sequuntur, alioqui infra
ca. 29. ex Heb. dicit Achis Dauidem apud se fuisse diē
annum, id est, multo tempore.

De Sur Gen. 16. Desertū ciuitatis uel loci Sur ex-
tenditur usq; ad mare rubrum. Non fuerūt isti ex po-
pulo regis Gieh, neq; ad Philistijm attinebant, ne iura
hospitis uideatur Dauid uiolasse, quos occidere & spo-
liare potuit Dauid secundū uerbum dei, quod Iudei

S

de illis occidendis habebant. In quem
 Dauidis uerba uera erant, sed tamen per hæc fallebat
 regem, qui ex his intellexit Dauidem mala intulisse
 Iudæis, ut inimicis, quod rex maxime cupiebat, cum
 tamen Dauid potius egisset con. ra gentes, id quod li-
 cet erat sine damno regis, tamen sciens nō tulisset. Fal-
 lit ergo regem sine damno regis, in sui defensionem &
 suorum, dum facit illa quæ per deum facere licet. De
 hac fraude supra diximus, ne quis inde fallendi regu-
 las componat. Est enim sapientia carnis in hypocri-
 callida, ut legem faciat ex operibus sanctorum quasi in
 nullo potuerint peccare sancti. Verbū dei sequi debe-
 mus nō opera sanctorum, nisi etiam imitandum ducas
 adulterium & homicidium Dauidis.

Ceni & Ieramel, uide infra ca. 30.

CAPVT XXVIII.

CRATIA regis Philistijm erga Dauidem, ut in
 præcedenti, ita & in hoc & sequenti capi-
 te describitur, nimirum ita curāte deo pro-
 suo Dauide. Dauid autem hoc minus igno-
 rans omnia committit deo, dum non licet sibi agere
 contra Israëlem neq; contra fidem hospitij facere, Li-
 cet enim præcepium haberent filij Israël de perden-
 dis Philistæis ut alienis & inimicis, tamen altera legis
 tabula urgebat, diligere proximū, ut seipsum, & iam